

*Demonstratio litterarum...*

1

Les sources manuscrites de la théorie de la musique  
(S. IX-XVI)

---

« Demonstratio litterarum... »

cura et studio Christian Meyer  
2013

Pesaro, Biblioteca Oliveriana  
1336, f. 18v-19v + 20v-21v  
Berlin, Staatsbibliothek Preussischer Kulturbesitz,  
Theol. lat. qu. 261, f. 29r-31r

B 29r P 18v

<sup>1</sup>**Demonstratio litterarum subgravium, gravium, acutarum et superacutarum.** <sup>2</sup>Subgraves littere dicuntur .δ. .ε. .φ. .Γ., graves .A. .B. .C. .D. .E. .F. .G., acute .a. .b. .h. .c. .d. .e. .f., .g., superacute .ā. .ḃ. .ḥ. .ḥ̄. .ḥ̄̄. <sup>3</sup>Tetracordum subgravium dicitur .δ. .ε. .φ. .Γ., tetracordum gravium .A. .B. .C. .D, tetracordum finalium .D. .E. .F. .G., tetracordum acutarum .a. .h. .c. .d., tetracordum excellentium .d. .e. .f. .g., tetracordum superiorum .ā. .ḃ. .ḥ̄̄. .ḥ̄̄̄. Unde processit modus introductionis.

B 29v

<sup>4</sup>**Demonstratio initiarum differentiarum.** <sup>5</sup>Omnes differentie primi toni, quarti et VI<sup>ti</sup> incipiunt in .a. et secundi in .f. Omnes differentie tertii toni, quinti et octavi incipiunt in .c. et VII<sup>um</sup> in .d. <sup>6</sup>**Ubi finiuntur toni.** <sup>7</sup>Primus tonus et secundus finem faciunt in .D. grave et in .a. acutum, tertius et quartus in .E. grave et in ḃ<sup>to</sup>, quintus et sextus in .F. grave et in .c. acuto, septimus et octavus in .G. grave.

<sup>8</sup>**Demonstratio toni et semitonii, dittoni et semidittoni, diatessaron, diapente et diapason**

<sup>9</sup>**De tono et semitono.** <sup>10</sup>.Γ. ad .A. tonum, .A. ad .B. tonum, .B. ad .C. semitonium, .C. ad .D. tonum, .D. ad .E. tonum, .E. ad .F. semitonium, .F. ad .G. tonum, .G. ad .a. tonum, .a. ad .b. molle

---

<sup>2</sup> tetracordum (*passim*) ] tetracordium *BP*

<sup>7</sup> acuto] acutum *P*

<sup>8</sup> diapason] trictonus quadrupa unisonius *add. P*

P 19r

semitonium, .b. mollis ad .c. tonum, .a. ad | .b. quadratum tonum, .b. quadratum ad .c. semitonium, .c. ad .d. tonum, .d. ad .e. tonum, .e. ad .f. semitonium, .f. ad .g. tonum, .g. ad .a. tonum, .a. ad .b. mollem semitonium, .b. mollis ad .c. tonum, .a. ad .b. quadratum tonum, .b.<sup>tus</sup> ad .b. semitonium, .c. ad .d. tonum.<sup>11</sup> Tonus habet conpunctos IIII<sup>or</sup>, scilicet *ut re, re mi, fa sol, sol la* in arsin et tesin, i. in elevatione et depositione.<sup>12</sup> Canitur autem sic : *la sol*, i. tonus.

<sup>13</sup>Semitonium habet <unum> conpunctum, scilicet *mi fa* et *fa mi* in arsin et tesin.<sup>14</sup> Canitur autem sic : *fa mi fa mi fa*, i. semitonium.

<sup>15</sup>Tonus dicitur a tonando, i. a sonando, quia in una corda potest fieri.<sup>16</sup> Tonus in duabus fit et ideo duo soni simul stantes faciunt tonum, verbi gratia ut est .Γ. ad .A. tonum, et sunt in numero XIII, semitonia V.

<sup>17</sup>**De ditono.**<sup>18</sup> .Γ. ad .B. ditonum, .C. ad .E. ditonum, .F. ad .a. ditonum, .G. ad .h. quadratum ditonum, .b. mollis ad .d. ditonum, .c. ad .e. ditonum, .f. ad .a. ditonum, .g. ad .b. quadratum ditonum, .b. mollis ad .d. ditonum.

<sup>19</sup>Ditonus constat ex duobus tonis et habet conpunctos duos, scilicet *ut mi* et *fa la* in arsin et thesin.<sup>20</sup> Canitur autem sic : *la fa <fa> la*, i. dittonus.<sup>21</sup> Dittonus dicitur quasi dyatonus, i. de duobus tonis, quia duo toni simul stantes faciunt dittonum.<sup>22</sup> Dittonus est modus constans ex tribus sonis et duobus tonis.

<sup>23</sup>**De semidittonis.**<sup>24</sup> .A. ad .C. semidittonum, .B. ad .D. semidittonum, .D. ad .F. semidittonum, .E. ad .G. semidittonum, .G. ad .b. mollem semidittonum, .a. ad .c. semidittonum | .b. quadratum ad .d. semidittonum, .d. ad .f. semidittonum, .e. ad .g.

B 30r

<sup>10</sup> .G. ad .a. tonum *om. P* | semitonium .c. *om. P*

<sup>11</sup> Tonus] De tono tonus *B* | conpunctos] computos *P*

<sup>13</sup> unum *om. BP* | conpunctum] conputum *P*

<sup>16</sup> duo *om. B*

<sup>18</sup> .g.- .d. ditonum *om. B*

<sup>19</sup> conpunctos] computos *P* | et fa] *fa P*

<sup>21</sup> dyatonus] diatonius *P*

23 semidittonis] semitonio *P*

semidittonum, .g. ad .b. mollem semidittonum, .a. ad .c. semidittonum, .b. quadratum ad .d. semidittonum.

<sup>25</sup>Semidittonus constat ex tono et semitonio et habet conpunctos duos, scilicet *re fa, mi sol*, in arsin et thesin. <sup>26</sup>Canitur autem sic : *fa re <re> fa*, i. semidittonus. <sup>27</sup>Semidittonus est modus constans ex tribus sonis et ex uno tono et uno semitonio.

<sup>28</sup>Semidittonus dicitur quasi medius dittonus, i. non plenus dittonus.

<sup>29</sup>**De diatessaron.** <sup>30</sup>.Γ. ad .C. diatessaron, .A. ad .D. diatessaron, .B. ad .E. diatessaron, .C. ad .F. diatessaron, .D. ad .G. diatessaron, .E. ad .a. diatessaron, .F. ad .b. mollem diatessaron. .F. ad .h. quadratum non est diatessaron. Cur autem postea dicitur .G. ad .c. diatessaron, .a. ad .d. diatessaron, .h. quadratum ad .e. diatessaron, .c. ad .f. diatessaron, .d. ad .g. diatessaron, .e. ad .a. diatessaron, .f. ad .b. mollem diatessaron, .f. ad .b. quadratum non est diatessaron, .g. ad .c. diatessaron, .a. ad .d. diatessaron.

*P* 20v

<sup>31</sup>Diatessaron constat ex duobus tonis et uno semitonio et habet conpunctos tres, scilicet *ut fa, re sol, mi la* in arsin et thesin.

<sup>32</sup>Canitur autem sic : *sol fa <sol> re*. <sup>33</sup>Diatessaron est consonantia vocum quidem quattuor, intervallorum trium. <sup>34</sup>Consonantia non potest esse minus quattuor cordarum. <sup>35</sup>Non secundum Guidonem, qui dicit tonum, semitonium, dittonum et semidittonum esse consonantias et ponit rationem : tonus constat ex duobus sonis, sonus est pulsus corde, tange cordam, sonat

---

<sup>34</sup> IAC. THEAT. 15 ; IOH. CICON. mus. 1, 67

<sup>35</sup> GUIDO micr. 4, 12

<sup>35</sup> (duo soni simul stantes) cf. HENR. ZEL. 38, 39

---

25 conpunctos] conputos *P*

29 .D. ad G.... mollem diatessaron *om. B* | .G. ad ... .h. quadratum *om. B*

31-51 *P* 20v l. 21 - 21r l. 7

31 conpunctos] conputos *P*

32 sol fa re] sol la re P

35 consonantias] consonantie BP | corde] cordis BP

sonus, tange aliam cordam et consonat prime corde et efficitur tonus, et inde dicitur consonantia, quia duo soni simul stantes faciunt tonum et sic de semitonio, dictono et semiditono. <sup>36</sup>Sed Boetius aliter : diatessaron dicitur de quattuor et in hoc loco *dia* pro *de* ponitur et scribitur per *i* latinum. <sup>37</sup>Quando vero scribitur per *y* grecum ponitur pro duo. <sup>38</sup>Quando autem per *i* | latinum, ponitur pro *de*. <sup>39</sup>*Dya* grece, latine d<e>, *tessaron* grece, latine quattuor, et ideo diatessaron de IIII<sup>or</sup>, quia constat ex quattuor sonis et duobus tonis et uno semitonio. <sup>40</sup>Diatessaron est consonantia et consonantia non potest esse minus IIII<sup>or</sup> cordarum et sine semitonio et ideo quia tonus et dittonus non habent semitonium non sunt consonantie. <sup>41</sup>Sed, dicit aliquis, semidittonus habet semitonium. <sup>42</sup>Verum est, sed quia non sunt ibi quattuor corde non est consonantia. <sup>43</sup>Igitur .F. ad .h. quadrum et .f. acutum ad .b. quadratum | superacutum non sunt diatessaron. <sup>44</sup>Quare ? Quia ibi tres toni inveniuntur et quia non est semitonium, non est diatessaron.

<sup>45</sup>**De dyapente.** <sup>46</sup>.Γ. ad .D. diapente, .A. ad .E. diapente, .B. ad .F. non est diapente. Cur autem postea dicitur. .C. ad .G. diapente, .D. ad .a. diapente, .E. ad .h. quadratum diapente, .F. ad .c. diapente, .G. ad .d. diapente, .a. ad .e. diapente, .h. ad .f. non est diapente, .c. ad .g. diapente, .d. ad .a. diapente, .e. ad .b. diapente, .f. ad .c. diapente., .g. ad .d. diapente.

<sup>47</sup>Diapente constat ex tribus tonis et uno semitonio, et habet punctos quattuor, scilicet *ut sol, re la, mi mi, fa fa*, in arsin et thesin. <sup>48</sup>Canitur autem sic : *la sol la re* <sup>49</sup>.B. grave ad .f. et .h.

---

36 cf. Magister Boetius, *Ars musicae*, 187, al.

---

36 et<sup>1</sup> om. P

37 grecum] crecum B

46 diapente .D.-.c. diapente om. P | diapente .a. ad .e.] diapente .e. B

P 21r

B 30v

47 compunctos] computos *P*

49 .B. grave] .F. grave ubi *B* | grave ad] grave igitur ad *P*

quadratum ad .f. acutum non sunt diapente. Quare ? Quia ibi duo toni et duo semitonia inveniuntur. <sup>50</sup>Diapente est consonantia vocum quidem quinque, intervallorum quattuor. <sup>51</sup>Diapente dicitur de quinque, *dia* grece latine *de*, *penta* grece latine quinque, et ideo diapente : de quinque, quia constat ex quinque sonis et ex tribus tonis et uno semitonio.

*P* 19v

<sup>52</sup>**De diapason.** <sup>53</sup>.Γ. ad .G. diapason, .A. postea dicitur ad .a. diapason, .B. ad .b. mollem non est diapason. Cur autem postea dicitur. .B. ad .h. quadratum diapason, .C. ad .c. diapason, .D. ad .d. diapason, .E. ad .e. diapason, .F. ad .f. diapason, .G. ad .g. diapason, .a. ad .a. diapason, .h. quadratum ad .b. mollem superacutum non est diapason, .h. quadratum ad .b. superacutum est diapason, .c. ad .c. diapason, .d. ad .d. diapason.

*P* 21r

<sup>54</sup>Diapason constat ex quinque tonis et ex duobus semitoniis et habet compunctos sex, scilicet *ut ut, re re, mi mi, fa fa, sol sol, la la* in arsin et thesin. <sup>55</sup>Canitur autem sic : <sup>+</sup>*sol* .d. .c. acutum et *re* .D. .F. grave. ascendit<sup>+</sup> <sup>56</sup>igitur .B. ad .b. mollem et .h. quadratum ad mollem superacutum non sunt diapason. <sup>57</sup>Quare ? Quia ibi IIII<sup>or</sup> toni et tria semitonia inveniuntur. <sup>58</sup>Diapason est consonantia vocum quidem octo intervallorum autem septem. <sup>59</sup>Diapason dicitur de octo sive de omnibus, *dia* grece latine *de*, *pason* grece latine *octo* sive *omnes*, de octo quia constat ex octo vocibus, de omnibus quia ibi omnes modi inveniuntur, scilicet ibi invenitur tonus, semitonium, dittonus, semidittonus, diatessaron, diapente, tritonus, exaden minor, exaden maior, et ideo diapason, quia de octo sive de omnibus.

---

47 non sunt] sic sunt *B*

51 latine de] latine .d. *BP* | penta] puncta *B*

53 .A. postea dicitur] .A. *P* | .b. mollem] .b. *P*

54-68 *Pf.* 21r-v

54 conpunctos] computos *P*

59 scilicet] silicet *B* | exaden<sup>1+2</sup>] ex eadem *B*

*B* 31r <sup>60</sup>**De tritono.** <sup>61</sup>Tritonus constat ex quattuor sonis et tribus tonis | et non habet conpunctum. <sup>62</sup>Tritonus est modus sed non est consonantia quia non habet semitonium. <sup>63</sup>Et est sciendum quod omnis consonantia modus sed non omnis modus consonantia. <sup>64</sup>Verbi gratia, tonus quidem et dittonus sunt modi sed non sunt consonantie, quia ibi non est semitonium. <sup>65</sup>Semidittonus autem, quia habet semitonium, modus est sed non est consonantia, quia non ibi quattuor corde <sunt>, quoniam, sicut ait Boetius, consonantia non potest | esse minus quattuor cordarum et sine semitono. <sup>66</sup>Diatessaron, diapente et diapason sunt quidem modi et sunt consonantie, et ideo omnis consonantia modus sed non omnis modus consonantia. <sup>67</sup>Tritonus multotiens invenitur in cantibus, scilicet in responsorio *Isti sunt dies* in eo loco ubi dicit « debetis temporibus ».

*P* 21v

<sup>68</sup>Exaden maior constat ex quattuor tonis et uno semitono ut est in ant. *O beatum pontificem* in eo loco ubi dicitur « o sanctissima anima ».

*P add.*

Omnes differentie primi toni <...> quarti et VIII incipiunt in .c. et septimi in .d. Ubi finiuntur toni. Primus et II<sup>us</sup> finem faciunt in .D. gravi et in .a. acutum. Tertius et quartus in .E. grave et in .h.<sup>o</sup>. V<sup>us</sup> et sextus in .F. grave et in .g. acutum. VII<sup>us</sup> et octavus in .G. grave tantum. (cf. *supra* 4-6)

---

<sup>65</sup> (consonantia non potest...) cf. *supra* 34

<sup>67</sup> (*Isti sunt dies*) CAO 7013 ; IOH. CICON. mus. 1, 60 (p. 214)

<sup>68</sup> (*O beatum pontificem*) CAO 4002

---

<sup>61</sup> conpunctum] computum *P*

<sup>62</sup> quod] quia *B*

63 sed non omnis modus] sec non omnis modus sed non omnis modus *B*  
68 exaden] ex eadem *cod.* | ut est] et est *BP* | anima] anima anima *P*